



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXL.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

set. q̄ facta legitimam probatione subsequatur sententia iudicis in hac materia, aliter q̄ tu nota, & obserua-  
le dictum.

- 2 Fallit etiam q̄ uidua non solum propter inhonestatem uitæ perdit tutelam, sed etiam desinit esse de domo & familia mariti pro ut tenent Fab. Imol. Cast. Bald. Ange. & Saly. in d. auct. sacramenta C. de secund. nupt. & Luc. de penna in l. quotiens col. ii. nu. 4. de priuileg. schol. l. 12.
- 3 Fallit etiam in uidua inhoneste uiuente, quæ desinit esse commissaria testamentaria si per maritum relicta sit executrix ultimæ suæ uoluntatis, pro ut late per Luc. de pen. in d. l. quotiens de priuileg. schol. nu. 6. & 7. lib. 12.
- 4 Fallit itidem in uidua turpiter uiuente, quæ non solum desinit esse tutrix filiorum, sed etiam desinit esse executrix testamentariæ mariti & non gaudet priuilegijs Deci. in c. pastoralis nu. 35. de iudit. ex quo oblita honoris primi uiri conuolat ad secundas nuptias, & q̄ peius est. Inimica facta uidetur mulier priori uiro & filiis propter illius uitæ sordiditatem & cum seditate quia in muliere ubi honor non est ibi contemptus est & ubi contemptus ibi iniuria & ubi iniuria ibi & indignatio, quæ semper maxima est in domo.

#### REGVLA CCXL.

- I Vir premortua uxor lucretur dimidam dotis Bar. in l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. nihil. ff. rerum amot. intelligit dummodo contractum fuerit matrimonium per uerba de presenti licet nondum fuerit transducta secundum Math. Math. sing. 74. no. statutum.
- I Fallit in sponsa secundum Bal. in l. penult. §. fin. ff. quod falso tut. auct. gestum: qui dicit lucrum dotis ex pato uel statuto locum non habere in sposa ante nubiles annos de cedenti quam l. ipse dicit a bar. didicisse, Cepol. in l. i. nu. 22. in fine de usucap. pro dot. uide etiam Boe. q. 22. nu. 7. & 37. & 38. quod not. Bald. in consi. 135. nu. 5. uol. 2.
- 2 Fallit etiam in sponsa quæ sui culpa uoluit potius ingre



di monasterium, quam consummare matrimonium, quod facere potest ut l. Deo nobis. C. de episcopis & cler. & c. commissum de sponsal. Bal. consi. 276. nu. 1. uol. 2. & c. ex parte de conuer. congiu. Boe. q. 22. nu. 39. Abb. in consi. 1. nu. 1. uol. 1. & considero uerba ibi præmorta uxore cum ergo sponsa a marito usa, & cognita non fuerit, ergo dotem lucrari non debet.

3 Fallit etiam in alio casu, quando dos non fuit data, neq; promissa sed bene mulier permisit uirum omnia sua bona possidere hoc etiam casu uirtute statuti, maritus lucrabitur dotem uirtute dicti statuti, quia ex longa patientia iuncta cum actu uoluntatis habet locum de in rem uerso, & ita firmat & concludit Bal. in consi. 111. per totum uol. 4. quod not. quia est mirabile.

4 Fallit itidem si momento temporis steterit cum uxore secundum Bald. in l. non dubium. nu. 12. C. de legib. idem in c. 1. §. quin etiam uersi. quæro quid si masculus in tit. Episcopum uel Abba. Deci. in c. de causis nu. 41. de officio delegat.

5 Fallit etiam quando conuentum est in instrumento dotem ad se reuerti, uxore defuncta sine liberis nulla habita consideratione pacti de dote lucranda, quia dos a patre uel extraneo profecta, ad eos uirtute pacti redire debet, ut l. dos ad patrem. ff. sol. mat. & l. fin. uersi. nisi in §. 1. C. de iure dot. Guid. papa q. 523. in princ. idem in consi. 12. nu. 7. uersi. secundo potest responderi. uol. 1.

#### REGULA CCXLI.

6 Villa quæ ex forma statuti tenetur ad emendam damni illati, non tenetur de damno dato de nocte, uel alio tempore in quo impossibile sit sindaco scire damnificatorem. secundum Roma. consi. 7. nu. 9. princ. quia fuit de nocte illatum in quo tempore licuit sindaco ignorare. ut l. §. occisorum. ff. ad syllan. 2. quando subest aliqua iuxta causa, quæ a dolo, culpa, uel negligentia abest cum excusat. ut Bal. in l. si ideo. C. de ijs quibus ut indign. ubi excusatur seruus, ut in pœnam non incidat si domino auxilium non præsti-

T 5 præsti-